

causis a lege praevisis, parochorum religiosorum, qui in rebus curam animarum spectantibus ejusdem visitationi ac correctioni subjacent.

Ita ergo organisata ac firmata opera Franciscanorum apud croaticam gentem eximio modo ac constantia resistere valuit per saecula primo haereticis, postea vero oppressionibus Turcarum et schismaticorum, eisque successit conservare, firmare et augere catholicismum in multis regionibus, quae sors aliis populis sub othomano imperio non obtigit. Immo hic organismus plures fructus in litteratura pastoralis, in populi educatione, in sacrificiis pro eodem progenuit, quique fructus adhuc expectant ad felices operarios, qui exinde non minimi valoris monographias exarare poterunt.

---